

qualem dignitatem nos erigit remissio, ac justitiam a peccatis, nempe ad esse filii Dei, qui antea per peccatum eramus sub captivitate Diaboli.

44. Vict. Antioch. Tertiò. Victor Antiochenus in cap. 2. Marci, sic ait. Quod autem Paralyticum hunc, filium vocat, illud aut propter fidem, quam de ipso conceperat, facit, aut certe ad creationis causam respicit. Ubi etiam duas alias tradit rationes, cur filium dicit. Primò, & tertiò in ordine, propter fidem, veluti ipsam fidem honorans, ac venerans. Deinde, & quartò, propter creationem, quam etiam rationem affert D. Hilarius Can. 8. Hilari. Homo vult in Matb. quia homo Dei opus est, ac proinde randus cum sit Dei opus.

45. Hic solus vocatur filius. Quinto. Filium vocat. Imo in Evangelio nullo alium hominem lego filium à Christo vocari. Cautè dixi hominem, quia Dominus mulierem illam, quæ tetigit limbriam vestimenti, filiam vocavit Matb. 9. numero 22. & Luc. 8. num. 48. Hunc autem inter ceteros filium dicit, quia hic erat valde miserimus pauper, dissolutione membrorum infirmitatem patiens, & tantam hominis miseriam tam blando, atque affabili nomine filii voluit Dominus lenire, ac consolari. Ex quo magna Domini benignitas in omnium conspectu manifesta apparet; nam hominem, quem ob peccata sua gravi paralyti castigaverat, atque afflixerat, non solum remittendo peccata, & salutem corporis dando consolatur, sed etiam blando & affabili nomine recreat. Maximè minuit beneficium, qui aspero, & incomposito verbo illud concedit.

46. Sexto. Juxta Matthæum, & Marcum, filium, juxta Lucam, hominem appellavit. Imo, ut in commodiori expositione explicat Augustinus, prius hominem dicit, & postea filium vocavit. In hoc, ait D. Bonaventura, quod dicit homo, invitatur ad considerationem propriæ miseriam: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repleretur multis miseriis, Job. 14. numero 1. In hoc verò, quod filium nominat, ipsum excitat ad considerationem sublimis, & altæ dignitatis: nullo enim major, quàm quod homo filius Dei sit & dicatur, semper enim homo ex agnitione propriæ miseriam, ac vilitatis in magnum, altumque dignitatum apicem evehitur, & extollitur. Vide supra cap. 7. num. 21. & 24. & cap. 10. num. 89.

47. Septimò. Juxta Matthæum, ac Lucam filium, & hominem vocat. In homine denotatur summa miseriam, ut proximè dixi: in filio verò prægratia omne clara, & excellentissima dignitas. Nam sic filii, & hæredes. Ut ita agnosceret, quid haberet ex se, quid verò ex Deo: ex se, ut homo summam miseriam; ex Deo summam gratiam, utpote filius, & hæres. Ait Paulus ad Titum 3. num. 3. Eramus aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideris, & voluptatibus variis, in malitia, & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitatis, & humanitatis apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus justitiam, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. In homine omne vitiarum genus grassaba-

tur, & tamen salutem assecutus est. Quid justitia cum tanta iniquitate: Apparuit benignitas Salvatoris nostri Dei. Nam licet homo esset decenter turpitudine, ac fœditate peccati, tamen adveniens Dei gratia dedit homini donum, per quod salutem potitus est.

Ait Paulus Roman. 14. num. 23. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Ut explicant Glossa, D. Anselmus, omne, quod non sit cœlesti rore ac afflatu, immundum, ac defectuosum. Nam quod sine Dei inspiratione ex propriis nostris viribus peragitur, immundum est, ac vitiarum fœce co inquinatum, cum solum bonum, & sanctum sit à summo bono, ac gratia Dei, ut ad citatum Pauli locum docet cum Glossa D. Thomas. Unde ait Concilium Arausicum Can. 22. Nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatum: si quis autem habet homo veritatem, atque justitiam, ab illo fonte est, quem debemus sive in hac ære, ut ex eo, quasi gustis quibusdam irrorati, non desiciamus in via.

Enatrans Isaac nativitate, sacer textus ait: Visitavit Dominus Saram, sicut promiserat. Concepit, peperitque filium in senectute sua, vocavitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara. Isaac, cum centum esset annorum, hac quippe aetate patris natus est Isaac, Genes. 21. numero primo. Totus est sacer textus in explicanda nativitate Isaac. Cur pueri elegantiam nobis non proponit, ut de Moysè explicat; Peperit filium, & videns eum elegantem, Exod. 2. numero 2. Cur ergo in sola sterilitate, ac senectute parentum declaranda, se expandit textus: Nascetur Isaac, ut esset Christi Domini typus, utque ob ipsum parens Abrahamus promissionem acciperet de Christo nascituro, in quo erant omnes gentes benedicendæ. Parentum sterilitas exprimitur, ut denotetur, quod tantus filius in totius Orbis donum datus non à natura, sed à gratia prodibat, cum parentes ex se sterilitatem, & infecunditatem haberent. Divus Petrus Chrysológus serm. 90. Isaac non tantum obtulit, desuisse naturam, quam nasci præfuit auctoris beneficio, non natura. Vide supra cap. 3. n. 155. & 166.

QUESTIO VIII.

Quare Christus Dominus dixerit his Paralytico: Remittuntur peccata tua?

R I M A, & literalis ratio hujus rei est. Advenit iste Paralyticus imperfectus in vbi homo se fide, ideo ei supra dictum est à Domino: dispen- Confide filium ad consummatam fidem excitans. Et influente Christi Domini presentia, excitatus divina gratia ad dolorem, & contritionem, ideo meruit audire: Remittuntur tibi peccata tua, juxta illud Ezechiel. 18. num. 21. Si impius egerit penitentiam de omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, amplius non recordabor. Illud tamen semper inquirendum est, cur hoc Dominus externa voce profert? Imò hoc verbum, Remittuntur tibi peccata tua, hic primò à Christo auditur, ut notat Rupertus statim citandas.

Secundò

51. Secundò responder Divus Petrus Chrysológus sermone 50. Remittuntur tibi peccata tua. Hæc dicens, ait, se Deum volebat intelligi, qui per hominem oculis adhuc latebat humanis: virtutibus enim, & signis comparabatur Prophetis, qui per ipsum fecerant & ipsi virtutes: peccatis autem dare veniam, quia penes hominem non est, & est singulare Deitatis insigne. Per virtutes, ac miracula comparabatur Prophetis, nam hæc etiam illi præstiterant. Remittere autem peccata, peculiare est Deitatis elogium. Ut ergo Christus se Deum hic manifestaret, peccata remittit.

Remittere peccata, proprium divinitatis est.

52. Rupert. Tertiò. Rupertus Abbas, Poissinum, ait, expedit nobis, potentem esse hunc Dominum, scilicet in remissionem peccatorum. Hoc eatenus non dixerat, quod potestatem haberet dimittendi peccata, sapiens nimirum usus providentia discretionis, quatenus non hoc ante diceret, quam factis comprobaret. Maximè hæc potestas remittendi peccata nobis erat necessaria in Christo. Et tamen eam se habere, hætenus non explicaverat: sed hic primò hoc de se profert, magna usus sapientia. Majestas, & excellentia, non verbis sed operibus & factis declaranda, ac manifestanda. V. de supra cap. 3. num. 70. & cap. 5. num. 140. 141.

Majestas non verbis, sed operibus declaranda.

53. Leo. Quartò. D. Leo serm. 11. de Passione. Remittuntur peccata tua. Vt per omnia, ait, opera sua ostenderet in illo adventu suo, Salvatorem mundi se venisse, non judicem. Valde mirum, quod Paralytico totis viribus converso in Christum, ei à Domino remittuntur peccata: & tamen calumniantibus Scribis supplicium pro sua temeritate eis à Domino non infligitur. Volebat Dominus in suo adventu se de clarare, non judicem, sed Salvatorem; & ideo quæ misericordiam, ac pietatis sunt, indilate profert. Ait enim Christus de se, Non misit Deus filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum; Joann. 3. num. 16. de quo egi cap. 3.

54. Grave & rigidum supplicium minatur Dominus Judæis, & dicens: Ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram à sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zacharia filij Barachia, quem occidisti in templo, & altare, Matb. 23. num. 35. Omnibus notum est, hic prænantari miserabile excidium, ac devastationem totius Jerusalem, quæ per Titum, ac Vespasianum perpetrata est. Sed maximè dubitabis, ut notat D. Remigius. Inquirendum est, ait, quomodo usque ad sanguinem Zacharia dixerit, cum plurimorum Sanctorum sanguis postea effusus est? Et Eusebius Gallicanus hæmil. in festo S. Stephani, idem dubium movet. Nam post Zachariam Dominus Jesus occisus est à Judæis: & comparatione tanti facinoris omnis pœna parva & exigua reperitur. Et certa est sententia, de quo Chrysoctomus homil. 46. quod illa civitatis desolatio facta est ob horribile nefas in morte Domini commissum. Cur ergo ait: Usque ad sanguinem Zacharia? Nonne post Zachariam Judæi ipsum Dominum Jesum, Stephanum, Jacobum, ac alios Domini discipulos occiderunt? Forsitan iste sanguis non requiretur, sed solum illorum antiquorum vindicabitur? Rem explio in sensu morali, de quo multa dicam suo loco. Quamvis divina justitia exigente gravis pœna

55. Marth. 23. Remigius. Eusebius Gal. Paschas.

Sylveira in Evang. Tom. 11.

ob mortem Domini, ac suorum discipulorum esset infligenda: tamen pietas Domini Jesu quantum erat ex se, injuriam sibi, suisque discipulis, illatam condonabat: sicut in Cruce pendens ad Patrem dicebat: Dimitte illis quia nesciunt, quid faciunt, quæ enim pietatis, ac misericordiarum erant, sibi adscribebat. Quoties voluit congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos. Quæ verò ad judicium, ac severitatem spectabant, ad alios referebat: Usque ad Sanguinem Zacharia. Ut in omnibus fieret notata, adventum suum, non esse in judicium, sed in misericordiam factum fuisse. Rectè Divus Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Joann. cap. 52. Non enim, loquitur Christus, missus sum, ut lege Orbem terrarum, quemadmodum Moyses, damnum: nec ut servili ministerio fungar. Verùm ut per misericordiam Deo convenirem, tanquam filius, ac hæres Patris à servitute homines vendicem, & sic à peccatorum vinculis genus eripiam. Pro confirmatione hujus rei, vide tom. 1. libro primo quest. 45.

QUESTIO IX.

Quare Christus Dominus ante omnia det infirmo remissionem peccatorum, cum, non ablatis anima, sed sanitas corporis quæreretur.

FFEREBATUR Christo Domino iste homo, ut ab ipso sanitatem corporis impetraret. Ipse tamen prius dat remissionem peccatorum, ut eos ad excellentiora, ac perfectiora deduceret: prius namque agendum de salute animæ, quàm corporis.

Secundò. Divus Chrysoctomus homil. 30. Noluit, ait, statim corpus palam propositum curare, verum ut ab inimicis sibi occasio traderetur, latentem atque obditam curam animæ contulit; cum peccata dimisit. Priusquam Dominus petitam corporis salutem homini daret, ei remittit peccata. Prævidebat Dominus calumniam Scribarum, quæ ex hoc facto erat sequenda, ut inde occasionem assumeret suam probandi divinitatem, duplici scilicet signo, revelando cordis arcana & dando salutem corporis. Semper enim majestas, & excellentia inter invidias, atque adversariorum calumnias patet, & declaratur. Unde pergit citatus Chrysoctomus. Sapientia ejus factum est, ut ex invidia eorum, multo magis signum appareret.

Tertiò. D. Anselmus sic ait: Primo peccatorum vincula dissolvit, ut ostenderet, eum propter culpam dissolutionem membrorum, meruisse. Sæpe infirmitates, iac vexationes sunt veluti quedam verbera, quibus à Domino plectimur, ut emendemus, quæ ignorantèr peccavimus, ut latè deservit D. Basilias quest. 55. Morbi, ait, sœpe numero veluti flagella peccatorum sunt; quibus nihil aliud agitur, nisi ut vitam nostram in melius commutemus. Unde ait Moyses Deuteronom. 28. num. 22. Dicitur 28.

Si non audieris vocem Domini, Percuties te Dominus egestate, febris, &c. Et ad removenda hujusmodi flagella ab homine, dat Dominus sanitatem animae remittendo peccata.

58. Deus plus dat, quam petimus.

Abulen. Luc. 23.

59.

Hieron. Ambros. Paschas. Glossa. Theophyl. Euthym. Beda. Haymon. Albert. Mag. D. Thom. Theophyl.

60. In evitemus temporalia mala, animam non demus.

Ioan. 11.

Ambros.

61. In valeat curare corpus, ab animae maiore.

61.

4. Reg. 4.

Theodor.

Remove peccata anima, frigus ab anima pueri excluderet, & ita sanata anima, ab eo morbum, ac mortem fugaret. Carthusianus. Cum fructus ex charitate procedens ex calore concupiscentiarum, & vitiorum fuerit mortificatus, orante anima, Christus miseretur,

& mortuum suscitavit. S. Eucherius Super mortuum, ait, septies inspirat, quia per apertionem divini numinis gratia septiformis spiritus in peccatis morte jaentibus aspirat: moxque vivens agitatur.

Marc. 9. n. 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt inter se: Hic blasphemat.

VERSIONES.

Syriacus. Quidam verò de Scribis dicebant in anima sua.

Arias. Quidam Scribarum in se ipsi dixerunt.

Radix Hebr. Dixerunt apud se.

D. Chrysolog. Responderunt Pharisei, serm. 50.

ALTER TEXTUS.

Marc. 2. n. 6. Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis.

Ibid. n. 7. Quid hic loquitur: blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

Luc. 5. n. 21. Et ceperunt cogitare Scribae & Pharisei, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

EXPOSITIO.

PRIMA hic notanda sunt: Murmuratores. Quidam de Scribis dixerunt; murmurationis modum, intra se, & murmuratio ipsa, blasphemat. Calumniatores, dixerunt quidam de Scribis, non omnes, ut notat Albertus Magnus sed quidam de Scribis, quia in omni serie, & gradu hominum, quibus multi sint iniqui, frequenter etiam extant aliqui probi, ideoque talium hominum gradus non est simul torus damnandus. Dixerunt Scribae, qui erant sapientes, ac legis doctores, & etiam Pharisei, ut exprimit D. Lucas, nam hi erant religiosi, & de religione agebant. Dixerunt intra se. Ecce murmurationis modus. Quamquam aliqui Recentiores velint, quod illi mutuo inter se loquerentur, tamen, ut ait Syriacus, dicebant in anima sua, seu clarius Marcus, in cordibus suis. Ac proinde non protulerunt verba, sed in anima cogitabant, ut advertunt Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, D. Paschasius. Et non exterius dicebant ob timorem plebis. Et ita ait Lucas: Ceperunt cogitare, quia impii ita incipiunt in malo, ut ab illo nunquam desistant.

Tertiò

62. Quid sit blasphemia

Tolet.

Iniqui saepe dum zelare volunt divinum honorem, ipsum ledunt.

64.

Isai. 43.

Malach. 3.

Isai. 6.

Ezech. 36.

Iniquorum iudicium errans.

65.

Abulen. Salmeicon.

Homo non se invidiosus in his, quae ad se non pertinent.

Scribae, & Pharisei murmuraverunt.

Tertiò. Murmuratio ipsa, blasphemat. Blasphemia verbum est ex Graeco derivatum, & significat, opprobriis, ac conviciis afficere. Apud autem sacros Scriptores affomitur, quando quis impie loquitur de Deo, ac de ejus Sanctis. Quod duplifer fit, ut notat Toletus annot. 40. aut quando quis Deo imputat, quod ejus dedecet dignitatem, aut quando negat, seu detrahit, quod ejus convenit majestati. Unde qui Deo propriam potestatem condonandi peccata admittit, eamque usurpat, gravem contumeliam committit in Deum, in magnamque blasphemiam incidit. Considera depravatam hominum genus, dum volunt zelare honorem Dei, cujus est dimittere peccatum, ipsi sumunt offendunt, cum hoc Christo Domino denegent, qui verus est Deus.

Et dicebant, ut scribunt Marcus, & Lucas, Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Causam, cur cum blasphemare cogitent, apponunt nam secundum Scripturas, remittere peccata, Deo attribuitur. Ego, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, Isai. 43. num. 25. Et hoc etiam frequenter tribuitur Messiae: Purgabunt filios Levi, Malach. 3. num. 2. Isai. 6. num. 7. Ezechiel. 36. num. 17. Vide, quam depravatam, & errans sit hominum iudicium. Viderant, admirabilem Christi vitam, divinam doctrinam, ac tot miraculosa signa, quomodo ergo dicunt, blasphemat, prius enim dicere debebant: dimittere peccata, solus est Dei, ut pote filii Dei, hic verò remittit peccata; ergo hic est verus Messias, hic est verus Deus. De hoc vide alia quae sequenti num. 68.

QUESTIO X.

Quare tam depravato iudicio Scribae hoc Dominum calumniaverunt?

ERANT hic Scribae, & Pharisei, ut patet ex Luc. 5. num. 17. Et tamen, ut dubitant Abulen. hic quae. 13. & Salmeicon, tom. 6. tract. 14. D. Matthaeus solum facit mentionem de Scribis: Quidam de Scribis dixerunt. Ad quos respondent, quod quamvis adessent Pharisei, Scribae dixerunt, quia Scriba erat sapiens & doctor in lege, Phariseus autem vir religiosus. Et dubium hoc, scilicet, An Deus possit remittere peccata, pertinebat ad solos sapientes, quia tantum per legem, & rationem sciri potest. Et Pharisei, quamvis iniqui, & pessimi, in praesenti eventu se in hoc non intromittunt, sed Scribis tanquam eorum proprium hoc relinquunt. Vide supra cap. 1. n. 50. & c. 19. n. 7. & c. 22. n. 85. & c. 24. n. 17. Deinde, quia insipientes id dicerent: Quis potest dimittere peccata, &c. non erat causa signi, quia contemnerentur, ut ignorantibus; secus sapientes, quibus populus crederet. Tamen dicendum est quod & Pharisei, & Scribae Dominum calumniati sunt, & dixerunt: Hic blasphemat, ut expresse patet ex textu Lucae apposito. Et saepe unus Evangelista exprimit quaedam circumstantias, quas alius tacet. Vel forte in hac murmuracione Scribae, utpote sapientiores, principales fuerunt. Ad quaestionem veniamus.

Sylveira in Evang. Tom. II.

Respondet primò Euthymius. Offendebatur, ait, pra invidia, & malitia. Nam frequenter cum viderent eum cum auctoritate morbos fugantem, & Daemonis ejicientem, venio, marique imperantem: & hac omnia modo humanas vires superante facientem. Sed hi proprias ulciscens affectiones, Dei videbantur injuriam ulcisci. Invidia stimulante obmurmurabant, & praetendentes zelum honoris Dei, venenosa suae malitiae, odique diffundere, atque exequi cogitabant, ut saepe faciunt iniqui. Vide caput 5. num. 21.

Respondet secundò, quod Scribae, ut legis doctores: ex Scriptura sciebant, proprium esse Dei, dimittere peccata; ut dixi in expositione. Et aliunde tanquam adversarii solum in Christo videbant humanam naturam fragilem, & debilem, atque ejus divinitatem credere volebant. Unde ait Divus Bonaventura: In hac cogitatione despiciunt Salvatorem, quasi vilem. Et ideo apud se statuebant; quod peccata minime dimittere poterat: inimicus enim nunquam agnoscit, quae te extollunt, atque nobilitant, sed quae te deprimunt, atque dedecorant. Vide cap. 2. n. 103. & c. 18. n. 25. & 26. & tom. 1. lib. 3. c. 3. n. 10. & 144.

Tertiò. Viderant Scribae admirabilem Christi vitam, divinam doctrinam, praecelara, & eximiam signa, atque miracula: & tamen dum ab eo audiunt dici Paralytico: Remittuntur peccata tua; statim condemnant, & dicunt: Hic blasphemat. Si in hoc aliqua offerebatur difficultas, cur submisit à Domino non interrogant? Sunt homines adeo superbi, & ita de sua scientia praesumentes, ut quod ipsi non intelligunt, neque capiunt, statim illud reproberent impossibile iudicent. Et ideo de istis ait D. Chrysologus serm. 50. Pharisei, sciendo nescis. Dum de se confidunt omnia scire, quod est eis necessarium ignorant. Vide supra cap. 3. num. 73. Non interrogant, sed assertivo iudicio apud se statuunt: Hic blasphemat, existunt enim homines ita inflati de scientia sua, ut potius se sinant in mille errores prolabi quam unam veritatem inquirere, & interrogare.

Quartò. Viderant isti sanctissimam Christi vitam, ac doctrinam, & dum audiunt à Domino tantum beneficium Paralytico collatum: Remittuntur tibi peccata tua, statim dicunt: Hic blasphemat. Iniquorum ingenium, omne namque bonum in mortiferum venenum convertit, & saluferum Domini verbum: Remittuntur tibi peccata tua, in contumelias, ac blasphemias retorquet.

Quintò dicunt: Hic blasphemat, ut excellentissimam Christi potestatem denegent, utque tantum beneficium homini collatum inficiantur. Haec est propria superborum, ac iniquorum natura, ut nullum bonum aliis inesse velit; sed omne, quod utile est, ab eis eradicare desideret, atque excludere, ut sicut ipsi omni bono sunt expoliati, ita & alii omni commoditate careant. Ait Regius Vates Psal. 36. num. 35. Vide impium superexaltatum, & elevatum, sicut cedros Libani. Ubi sermo est ad litteram de impiissimo, ac superbiissimo Goliath, vel de iniquo Rege Saule. Sed cur hos sceleratos, ac superbia inflatos comparat potius cedris, quam aliis arboribus? Theodoretus. Merito igitur illorum felicitatem

CCC 3 sterila

Euthym.

Dixit saepe praetextu zeli Dei suum venenum diffundant.

67.

Bonavent.

Inimicus non videt, quod nobilitat, sed quod dedecorat.

68.

Iniqui, quod non intelligunt damnant.

Chrysol.

69.

Iniqui omne bonum in venenum convertunt.

70.

Superbi omnia bona negant, & omnia esse infanda volunt.

Psal. 36.

Theo. dor.